

gitans, qui liberum arbitrium in una tantum parte, quæ deterior est, valere statut, Scriptura illud opponit: *Ecce aquam, & ignem, ad quod vis, porrige manum;* ex eoque demonstrat, etiam in eo statu, qui peccatum Adami consecutus est, eamdem reperiri liberi arbitrii potestatem.

Sed in infinitum abibit hæc nostra disputatio, si percensere singulos velim, qui ut liberi arbitrii, cujusmodi in Adami posteris existit, vim & proprietatem deficerent, illo Ecclesiastici loco, & similibus usi sunt, quos Catholicæ Scriptores annis abhinc centum & tricentum contra Lutherum, & Calvinum, \* ceterisque liberi eversores arbitrii adhibere cœperunt: ut Joannes Cochleus, \* Joannes Eckius, ac ferme omnes ceteri.

## C A P U T X X I.

1. Colligatur ex superiori disputatione, essentialē libertatem patiām esse in indifferētia, sive potestate uirūsque.
2. Quod ex variis illius descriptionibus, & vocabulis, quibus Patres liberum arbitrium exprimunt, ostenditur.
3. Tum ex Scriptura.

**L**IBERÆ hominum voluntatis, sive liberi arbitrii notio, ut hæc nos demonstratum est, in eo consistit, ut ex pluribus sibi ad eligendum objectis, ac propositis, unum suope ntu, & arbitrio capescere homo possit, reiectis aliis: quam electionem nominant: Graci *separatio*. Hanc libertatis definitionem negat

\* Lib. i. \* Vincentius essentialē est; sed accidentalem vocat, 22. & seqq. eam videlet, quæ bifariam dividit in libertatem contradictionis, & contrarietatis: & hac sophistica distinctione eludi abs sepe putat omnia Scriptura, ac Patrum testimonia, quæ libertatem hominis in eo constituit, \* Lib. i. ut facere, aut non facere; hoc est eligere vel non eligere possit, pro eo ac libitum fuerit.

Atqui ridiculum est, tot illos Patres, quos in libro quarti Tomi primi, & in tribus de libero arbitrio libris enumeravi, quorūque sententias de naturalis illius facultatis proprieate, usi, & officio, tam differunt, exprefſāque retuli, adeo sibi oblitos, & quid agerent, quāde de re disputarent, ignaros, aut immemoros existiſſe, ut eo conſtanter omīſſo, in quo libertatis humanae essentialia posita est, folam ejus accidentem, minime necessariam affectionem persequerūt maluerint.

Scilicet utcumque sepe res habet; certe cū de libera voluntate inter nos agimus; in illa, inquit, Catholice partem cum Lutheranis, Calvinistis, & Armacanis, contentione ac rixa de hominis libertate, nullam aliam intelligimus, quā illam ipsam, quæ liberum arbitrium propriè dicitur; quæ autem S. Thoma, & antiquis iurisperitoribus, cuiusmodi sit ea, quæ per Christum conceditur.

**H**EC est naturalis illa vis voluntatis ac potestas, quam electivum S. Thomas appellat, ut \* Vincentius agnoscit. Hanc Graci omnes *separatio* vocant. Quam

\* Clemens Alexandrinus *separatio* appellat, hoc est, principium actionum, quæ *separatio* proprio vocantur; *separatio*, & *separatio* principium actionum, quæ *separatio* proprio vocantur; quemadmodum & \* Nemelius, \* qui *separatio* esse dicit rationalem operationem. Ita principium earum actionum, quæ humanae nuncupantur, hoc est libera, est *separatio* voluntatis, quatenus vis electiva dicitur. Hanc ita definit, & ea circumscriptione verborum designant, scilicet *separatio* sancti Patres, quæ electionem in utrovis de duobus distingueunt, vel recipiunt liberam, & indifferenter significant: cuiusmodi vocabula hæc indicant crebro ab illis usurpata, *separatio*, *separatio*, *separatio*, *separatio*, *separatio*, & alia pleraque: quæ in nobis in unum collecta, explicatque leges capite xii libri primi de libero arbitrio. Illam præterea dicunt

\* suis in utramque partem librari momentis. Vel \* pari in virtutem, aut virtutem libratione pendere; ut Basilius loquitur: five, \* ut idem alio loco scribit, naturam hominis sui juris ac liberam est, quid in utramque partem propendere possit ad eligendum bonum, vel malum. Tum

Cyrillus Alexandrinus ait, propriis momentis, & fio-

ntur pte nra in utramque tendere liberam, & necessariis exper-

ientiis, ut justè laudem ex relè factis, & ex contrariis panis recipiat. \* Item *separatio* id est, vim electivam, & li-

beratatem in utramque parti potestatem dicunt suam, ut

Basilius Seleucensis. Complures verò in eo consistere naturalē istam potestatem afferunt, \* ut bonum facere, \* *facere* vel non facere possit: vel \* alterurum eligere. G. p. 387. vi. de Pet. lib. i. de lib. arb. 387. vi. de Pet. lib. i. de lib. arb.

III. Quid quod Deus ipmet liberum hominis arbitrium compellans, & ejus propriam vim, naturalēque designans eo ipso, quod utrumque proponere potest illi dicit, bonum & malum, vitam & mortem: statim peculiarem illius, quā ejusmodi est, hoc est libera, Erem. functionem exprimit, ita subiectis, \* *Elegit ergo uitam lib. de Ju. Est ergo voluntatis elección, fructus & efficientia illius sif. 5. 56. propria. quatenus libera est potestas. At elección circa \* Deut. 30. 19. ex versatur, quæ contingentiā sunt, & non necessariā, nec uno definita: eaqueque consultatione sequitur; quæ necessariā naturalis propensionis opponitur: ut ex S. Thoma, Gracilē Patribus suprà notavimus. Quapropter libertatis vera, & unica ratio, conditiōne in differente illa potestate ad utrumvis amplectendum, & eligendum metienda videtur: qualē humanae, & divinae sapientiae consulti tam creris, & manifestis sententiis expressim tradiderunt; non quam ex paucis, siquicunque dimidiatis, & multis eorum dicitis, aut furtim insidiose subiectis, vel prava, & violenta interpretatione detortis, utcumque coradre potuerunt Calvinus, & Lutherus; qui communem cum fide ac candore sensum exuerunt.*

Denique liberum arbitrium naturaliter attributum à creatore animæ rationali, media vis est (hoc est indifferens), quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad indifferitatem potest: ut Augustinus capite xxxii libri de spiritu, & littera.

## C A P U T X X I I.

1. Expenditur Augustini locus ex libro de Correptione, & gratia ab Armacanis objici solitus, in quo de auxilio sua quo non, & quo agimus, disserit. 2. De sola perseverantia gratia ibi Augustinus loquitur. 3. Qualis ea fuerit Adamo concessa. 4. Cuiusmodi sit ea, quæ per Christum conceditur.

I. DIVERSUS illa, quæ de liberi arbitrii natura, & Catholica sententia hucusque disputavi, multiplex est quælibet Lenis. \* Sed hæc palmaris; quod si ejusmodi libera voluntatis actio esse debet, ut omnibus ad eligendum necessariam adminiculis positis, elici, aut non elici possit, gratia Christi in sola possibilitate constituta sit: ac tantum posse velle tribuat, non autem *aut*, & reipæ velle. Ex quo famosum illud S. Augustini libro de Correptione, & gratia, cap. 10. 11. 12. & totis alibi firmatum inter gratiam fiant, & hæc hominis diversum confundit. Hoc enim inter utramque gratiam interest ex Augustino putant Armacani, quod Adamo data diuinitus gratia hoc tantummodo concebat, ut posset velle recte agere, ac Dei servare preceptum; non autem, ut reipæ velle, & quod iustus erat facere. Christi autem gratia, non solum tribuat ut possit homo, sed etiam ut velit, ac reipæ faciat. Ideo priorem gratiam appellari dicunt ab Augustino, auxilium sine quo non fit; vel gratiam possibilisitatis; posteriorē vero, adiutorium quo fit, ut non tantum possumus velle, sed etiam ut reipæ velimus.

Hic ille est locus, in quo valde se jactat Armacanorum natio, quicunque omnibus in colloquis, & in publicis, privatisque sermonibus, in circulis, in conviviis, in concionibus, apud doctos, & indoctos, ubiquecumque se occasio dederit, usurpare solent. Itaque mundum fuisse, si hanc cantilenam theriacæ scriptor prætermitteret.

II. Ego vero adversus illa, quæ de gratia ejusque

cum arbitrio libero consensu, nimum libere Libertus

Frodomodius ingessit non multis agam; neque factum illius imitabor, qui talia mandare libris est, auctor contra

Apostolicæ fediis interdictum, quo nominat notatus,

& ambitus, pretium super arbitrii intemperie, &

immodica libertatis. Hæc ergo prætermissa controversia, & ad arbitrii dilata Romani Pontificis, ut de

Augustini loco isto, & utroque gratia genere, quoad licet, dispensem; hoc imprimis assevero, nihil in illo loco vidisse, nec auctorem dogmatis, & Parvorum Ar-

macanum, nec hujus libertum Vincentium.

Augustinum docere illi afferunt quid universæ gra-

tia

non interim latiore nunc, ait \* Augustinus, verumtamen \* Aug. parentiore gratia indigent isti. Itaque \* tanto amplius datur adiutorium per Jesum Christum Dominum nostrum, rep. c. 11. quibus id dare Deo placuit, ut non solum alij sine quo permanere non possumus, etiam si velimus, verumtamen tantum, ac tale sit ut velimus. Est quippe in nobis per hanc Dei gratiam in bono recipiendo, & perseveranter teneendo, non solum posse quod volumnus; verumtamen velle quod possumus. Nam primus homo accepit posse perseverare, si veller: sed non habuit velle quod posset: nam si habueret, perseverasset.

Et in capite duodecimo, manifestius utriusque gratia differunt exponit his verbis: Primo itaque homini, qui in eo bono, quo factus fuerit rectus, accepit posse non peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non deferre, datum est adiutorium perseverantia, non quo fieret ut perseveraret, sed sive quo per liberum arbitrium perseveraret non posset. Nunc vero Sancti in regnum Dei per gratiam Dei prædestinatis, non tantum tale adiutorium perseverantia datur, sed tale ut ei perseverantia ipsa donetur: non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verumtamen ut per hoc donum nonnulli perseverantes sint. Mor illius adiutorii, quod Christi donatur meritum, vim & efficaciam declarat, multo priore illo, quod Adamo tributum est, valentiori: quia \* possumus est illa magna peccati merito amissi libertas, etiam majoribus donis adjuvanda remansit infirmitas, &c. Subveniens est igitur infirmatis voluntatis humanae, ut divina gratia indeclinabiliter & insuperabilitate ageretur; & ideo quovis infirma, noui tamen deciferet, neque perseverare in accepta gratia voluit.

III. Et capite xi, Istam, inquit, gratiam non habuit homo primum, quia nunquam veller esse malum (quod perseverantia donum est) sed sane habuit, in qua si permanere vellet, nunquam malum esset, &c. Tale quippe erat adiutorium, quod deservet cum vellet, & in quo permanere si vellet, non quo fieret ut vellet. Ac subinde luculentius perseverandi gratiam, qualis Adamo, & Angelis est data, sic exponit: Tunc ergo dederat homini Deus bona voluntatis: in ea quippe eius fecerat, qui fecerat rectum. Dederat & adiutorium, sine quo in ea non posset permanere, sed vellet ut autem vellet, in eis liberis reliquit arbitrio. Posset ergo permanere si vellet; quia non debeat adiutoriorum, per quod posset, & sine quo non posset perseveranter bonum tenere quod vellet. Sed quia noluit permanere, prefecit ejus culpa est, cuius meritum suscepit, si permanere voluerit: sicut fecerunt Angeli sancti, qui cadentibus aliis per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi.

Tum in fine capituli perspicue indicat gratiam perseverandi primo concessam homini, fuisse gratiam, cuius ope poterat non peccare, si tamen hoc vellet. Cum enim dixisset. Prima ergo libertas voluntatis erat posse non peccare: novissima erit multo maior, non posse peccare: mox de utraque scribit sic: Prima ergo perseverantia potest, bonum posse non devere: novissima erit felicitas potest, bonum posse non posse devere: novissima erit felicitas potest, bonum non posse devere: novissima erit felicitas potest, bonum non posse devere. Quod & capite duodecimo diligenter inculcat, & cauſam etiam explicat, cur perseverantia in illo statu innocentia, libero homini arbitrio permisit sit. Ut ergo non acciperet, inquit, hoc donum Dei, id est, in bono perseverantiam primus habuit, vel non perseverare, tales viri habebant ejus voluntatis, que sine alio fuerat instituta peccato, & nihil illi ex se ipsa concupiscentialiter restebat, ut digne tanta bonitia, & bene vivendi facilitat, perseverandi committeretur arbitrio. Quoniam igitur fortis & sana voluntas erat prius hominis, ut eodem capite potesta dicit: ideo ejus arbitrio permisit est perseverandi potestas.

IV. At vero post Adami lapsum, perseverantia, que merces ante futura erat, facta est donum gratia. Nunca autem per peccatum perdido bono, (ait capite xi.) meritis in his qui liberantur (hoc est prædestinatis) facta est donum gratia, que merces meriti futura erat. Et in libro de dono perseverantia, capite vii. Non est hoc omnius, inquit, in viribus liberi arbitrii, quales sunt fuerant in homine, antequam caderet, &c. Post causam autem hominis nonnulli ad gratiam suam Deus voluit perire, ut homo accedit ad eum; neque nisi ad gratiam suam voluit pertinere, ut homo non recedat ab eo. Quare potentior hominibus per Christum data gratia est, qui fieret, ut non solum perseverare possent, si libero arbitrio vellent; sed ut perseverare vellent: Proinde est

\* Aug. 4. proxime ante descripsimus: §. 4.

Primo ita.

que merces meriti futura est.

ut de iis loqueris, qui prædestinati sunt in regnum Dei. ac deinceps de Prædestinatis reliqua pertinet.

N. 3 CAPUT

## CAPUT XXIII.

1. Pergitur in illustrando loco illo S. Augustini. 2. Non pertinere ad quamcumque Christi gratiam. 3. Quod differat Christi gratia ab ea, que data est Adamo: ac primum exponitur cuiusmodi hac fuerit: tum quales Christi meritis parta.

**N**EMINEM equidem paullum intelligentem arbitror fore, qui, si attendet illa considerare vellet, quia sunt antecedenti scripta capite, consequens ex iis mecum esse sentiat, ad solum perverandi adjutorium Augustini verba illa spectare. Ut cum duo illi inter se parentur auxilia gratiae; alterum, quod est parenti primo datum, jure appelletur id, sine quo perverare nullo modo posset. (\* Si enim hoc adjutorium vel Angelo, vel homini, quamprimum facti sunt, defuerit, quoniam non talis natura facta erat, ut sine divino adjutorio posset manere si vellat, non utique sua culpa cedissent. Adjutorum quippe defuerit, sine quo manere non posset.) Alterum autem tale est statutum, non modo sine quo perverari nequeat; verum etiam quo sit, ut omnino perveretur. Perverari quippe donum, quia solis ad vitam aeternam praedestinatis convenient, ejusmodi esse constat, ut quibuscumque datur, si non modo possint perverare, si velint: sed etiam quod possunt, actu, & re ipsa velint: non ulla voluntati adhibita necessitate, sed certa, & infallibili, ut Scholastici loquuntur, efficaciter ac potentia gratiae, qua \* inclinabiliter, & insuperabiliter aguntur (ut scribit Augustinus) Quod ab eo fit, \* qui, quod idem assert, fine dubio habet humanorum cordium quod placuerit, inclinandorum omnipotissimam portatem. \* Cujus gratiae, qua occulte humanis cordibus divina largitatem tribuitur, (nempe qui à Patre docentur, & audiunt, ut ad Filium veniam ferent quadam gratia, & praedestinatis sunt, ut ibidem doceat) à nullo duro corde repulsur. Ideo quippe trahitur, ut cordis duritas primitus inferatur.

**I**II. At Vincentius magistri fui vestigia persequens, Augustini verba illa, quatenus adjutoriorum quo sit exprimunt, ad omnia spectare volunt praesidia gratiae Christi, etiam nullo, ut in reprobis, continuata perverantia dono: vel ab eo nonnullis disjuncta & interrupta peccatis, ut in electis, ac praedestinatis nonnumquam accidit. Quia illorum ratio ab Augustini sensu, ac sententia mirum quantum recedit; non minus, quam ab fide, ac regula Catholica. Hinc illud absurdum, & haereticum commentum, qui est nova fœta, velut characterem; nullam in rerum natura esse gratiam, quam sufficientem vocant, quia ab efficaci distincta, culpa hominis irrita sit, & effectu careat: sed omni penitus gratia Christi fructum suum confitare, nec eam ab illo pulsan tem respici. Quia omnia, & his conexa, & consente na paradoxa, quibus Ecclesiastica pax & concordia paucis ab hinc annis labefacti cepit, ex uno illo perperam & contra mentem auctoris accepto Augustini loco propagata sunt. Quod quidem ostenti instar habendum, ac prodigiis milii videri solet. Quis enim non obfupscat, aut non manifesta divina ira significacione contigitse putet, quod hoc tempore videmus, homines in ceteris minimè contemnentes, adeo futili argumen to, quod ex falsa unius loci interpretatione traxerunt, in tantam esse pravitatem erroris redactos?

Equidem non te arbitror, Vincenti, tam pervicaci, & obdurate fore animo, quin posteaquam de Augustini sententia illa quæ a nobis hic scripta sunt paullum tranquilla, & sedata mente perpenderis; aut temere suscepimus opinionem retexas: aut si hoc impetrare abs te non potes, minus deinceps cales in istis jactandis, & inculcandis naniis, quarum ruinas, unica illa, qua hucusque sustinetur, futuræ subducuntur, videris.

**III.** \* Nam quod perfite dicis discrimen omne, quod inter gratiam stantis, & lapsi hominis intercedit, si Deus homini lapso gratiam sufficientem reddere debet, quem primus homo habuit, vehementer erras: neque quid sit gratia, tum universæ, tum Adami propria, fatus intellexisse videris.

Adamus in pristino illo statu innocentis vita dupli cæ Deo vallatus est genere gratiae; altero exteriori, altero interiori, & animum afficiente. Horum primum,

quatenus peculiariter illi tributum est, bonorum omnium, atque commodorum larga erat, affluensque copia: tum præcipua quædam Dei tutela, & providentia, illud omne removentis, prohibentisque, quod animi pacem, ac quietem, & salubritatem corporis, ac perennem amoenitatem jucundissime fructum interpellare posset. De hoc genere gratia loquitur \* Augustinus, cum \* Lib. de sic scribit: Quid ergo? Adam non habuit Dei gratiam? Corresp. Immo vero habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat, quæ bonitate sui conditoris accepserat. Neque enim ea bona & ille suis meritis comparaverat, in quibus proflus nullum patiebatur malum. Ad hanc gratiam pertinet animi dominatus in corpus, ejusque sensus & appetitus longe perfectissimus, ex quo summa felicitas oriebatur. \* Lib. c. 11. & non peccandi facilitas. \* Cum nulla rixa à seipso \* Lib. c. 11. adversus seipsum tentatus atque turbatus in illo beatitudinis loco, sua secum pace fruueretur.

Secundum gratia genus partim stabile ac permanens fuit, partim fluxum, ac transiens. In priore ponenda est bona voluntas. In illa, quippe eum fecerat, qui fecerat rectum, \* ait idem Augustinus. Hæc illa est originalis \* Lib. iustitia, ex omnium virtutum fidei cumprimit, speci, & caritatis: tum ceterarum, qua in mente, aut voluntate resident concursu, concentrique collecta. Ad posteriorem, actualis, ut vocant, illapsus gratia, inspirationeque pertinet, & omnis illuminatarum mentium prius motus, ut loquitur auctore ripolito ad Demetriadem, qua inter \* Ambrosianas exfat, & quidquid visorum \* Ep. 33. saufonibus agit etiamnun Deus ut velutus, non solum col. 170. extrinsecus, sed etiam intrinsecus, ubi nemo habet in protestate, quid ei venias in mente; sed consentire, vel dissenire propria voluntate, \* ait Augustinus. Hic autem interior afflatus gratiae, vel fola mentis illuminatione constabat: vel etiam voluntatis per motione, quam suavitatis cuiusdam ad recte agendum occuparet illebra. Nam utrumvis dici probabiliter potest.

**IV.** NUNC autem, post primi parentis culpam, partim eadem, partim diversa suppetunt adjumenta gratiae. Ac primum illud externa providentia, quod beati, & incorrupti status proprium fuit; eo interrupto, velut fractis tubulis è fonte faliens aqua, suppressum penitus exaruit. Itaque malis omnibus, & incommodis, quorum vis haec tenus compresia fuerat, circumfederi mortale genus, infestaque ceperit; ut per ærumnas, eroreque multiplicies infelix, & azimi corporis que cruciatibus referta vita traheretur. His sublevandas, & ad salutarem exercitationem dirigendas, impensis, &, ut humano more loquas, vigilantes adhuc ritore debuit. Ea partim externa gubernatione, partim interior auxilio gratiae, ut in Adamo, continetur. Sed utramque copiosorem, ac vegetorem, imbecillitas hominis major, & superandorum malorum, per quæ ille volvebatur, difficultas postulabat. Interior certe, cujus in intellectum, ac voluntatem officia partita sunt, nova opera facta est accessio; cuiusmodi præstatio in statu nulla fuit. Nam ad concupiscentiam in tam agititudinem curandam, ac violentos ejus retundendos impetus, præsentius remedium, & robustiorem, quā ante, vim adhibere illam oportuit. Hinc \* Ang. dicimale salvatoris auxilium ab Augustino vocatur: & lib. de liberariz gratia, & medicis gratia, & opitulatio \* Lib. c. 34. salvatoris, tum viatoris, & viatoris; & alius vocabulus \* Id. ep. appellatur, que conflictum, & molestiam, ac laborio- \* Id. de lam operam significant. Verum de hac medicinali gratia, & ejus efficientia, tum quemadmodum ab ea dif- \* Lib. c. 39. crepet, quæ est innocentis adhuc Adamo concessa; non \* Lib. c. 42. illius loci, institutum differere: ne ea reperire placet, quæ super hoc argumento latius explicavimus. \* To. 1. aduersus Armacanam scholam; que Vincentius in litera quidem attigit; cum in minutis quibusdam exagi- \* Lib. 10. c. 16. & seq. tec non tandem nimis, & odiosus fuerit. \* To. 3. lib. de his, Pel.

## CAPUT XXIV.

Errata Vincentii deinceps collecta per saturam. 1. Possibilitas gratiam negat esse gratiam Christi, idque ipsum refutatur. 2. Eiusdem mendax calumnia de Molina, Lefsius. 3. Et de Petavio.

**D**UDUM laboris istius, & inquisitionis in tuam, Vincenti, theriacam, piget: ac diu est, quod de

## VINCENTII LENIS CAP. XXV.

de exodio cogito. Infinita sunt omnis generis errata Operæ in isto tuo, quod præ manus habeo, quæ si singillatim excutere velim, ac de unoquoque, pro eo ac meretur, & tua ratio posculat, dicere, ultra modum hac lucubratio procedet. Itaque, quod superest, nonnulla per saturam in hoc caput, & sequentia hujus libri conjiciam abs te peccata in illa, quæ de postremo tecum agere insitū, enucleanda gratia.

\* Scribis gratiam possibilis, quæ ex Christi meritis datur, ad divina precepta servanda, Pelagianam esse gratiam. Hoc nimis est, quod vos falso certè, Catholicis exprobatoe loletis; adjutorium illud, quod homini bonum ut velle, vel agere possit, necessarium prædicant, non esse Christi gratiam: sed hos folium, quo resipia, & acu volunt, aut faciunt. Pelagius possibilis ad benè agendum necessarium, solam naturalem facultatem eis dicerat, hoc est liberum arbitrium; & eam esse gratiam interpretabatur, quam Scriptora prædicant: ut \* in libro de natura & gratia Augustinus \* Lib. de hoc seriperimus, eos, qui efficiantiam gratia proxime in solam derisoriam intelligentiam, ac per eam in voluntatem traxiunt, prout a Pelagi, vel Semipelagi con- \* Lib. 10. 15. tagione erroris absolu. Adderes, quæ ibidem adscripti- mus, dum ita necessarium illam esse statuant, ut sine ea preveniente, homo credere, sperare, diligere, aut pene- re non possit sicut portet, ut ei justificanti gratia confe- ratur: ut \* Tridentina Patres loquantur. quæ tu more tuo \* Sess. 6. can. 3.

Hac quidem sententia non video quid dici verius possit. Nihil enim velle possumus, nisi prius mente cognitum perceptumque sit: quæ perceptio illuminatione aliqua sit: qui primus est medicinalis gratiae fru- datus, quod intelligentia cæcitas radiantis luce discutitur.

## CAPUT XXV.

1. Vincentius error, & falsa interpretatio loci cuiusdam Augustini de Correptione & gratia, & aliorum in quibus de auxilio sine quo non & quo agitur; tum de possibilite. 2. Possibilitem recta agendi, gratiam esse, negat Vincentius: idque refutatur. 3. Idem gratiam primi hominis naturalitatis aliquid habuisse dicit. 4. Quod in Michaelie Baio damnatur.

**I.** Dux \* te in Augustini loco illo, qui est in libro \* Vide de Correptione & gratia, mirandum in modum allucinari. \* Tu auxilium sine quo non, de quo illic agitur, \* Lib. 1. cum possibiliter, vel possibilis gratia, de qua in libro de Natura & gratia dicitur idem Augustinus, sine illo dif- \* Lib. 14. p. 12. &c. crimine permisces. Sed erras, Vincenti. Auxilium il- \* Lib. 15. luid sine quo non, quod in libro de correptione, & gratia, capite undecimo ponitur, est adjutorium Adamo datum, quatenus ad perveriantiam referatur, & cum ea comparatur. Hoc autem potissimum Augustinus in statu illo innocentia, ejusque propriis adjumentis collocat; in quibus creatum esse primum hominem docet; & quibus cum perverare si vellet poterat; non autem sine illis poterat. His autem opponit multò certiora, & effectu numquam frustranda subtilia gratiae, quæ ad perverrandam, elecias per Christum subministratur; quæ tam efficacia sunt, ut non solum perverandi possibilis per ea, sed etiam perverantia ipsa donetur. Igitur auxilium sine quo non, quatenus ab auxilio quo diffinguitur; est gratia perverandi, sed non infallibili, ut vocant. Auxilium vero quo est eadem gratia, quatenus in infallibili est. Eadem porro est utrobique gratia, si naturam ipsam spectemus, & quam Scholæ nuncupant, physicam entitatem. Hæc autem vocabula, sine quo non, & quo, precise quæ ad perveriantiam ordinantur, auxiliis gratiae tribuit Augustinus.

At idem contra Pelagium disputans in libro de natura & gratia, possibiliter appellat, & considerat, quæ est Christi gratia: quemadmodum & in libro, quem inscripsit de gratia Christi aperte significat. Nam in illis libris veram benè agendum possibiliter, cum falsa, & Pelagianum contendit: quæ in sola naturali facultate hæretici illa statuebat, si de absolute necessaria loquitor. Augustinus vero in fide, & caritate, sine in illuminacione intellectus, & pia motione voluntatis; quæ est Christiana possibilis: cui si liberè affentimur, cum dis- \* Lib. 1. & 2. &c. sentire possimus, ut ait Tridentina synodus, possibiliter effectus adjungitur, sin autem oblatum illud auxilium reprobamus, \* in vacuum illam Dei gratiam recipimus, ut \* 2. Cor. Apostolus loquitur.

**II.** Cujus vero frontis est, \* negare possibiliter \* Vinc. \* 2. Cor. 16. p. 113. recte agendi esse gratiam Christi? Nonne Christus ipse.

\* Joan. 15. s.  
\* 2. Cor. 3. 5.  
\* In P. 70. P.  
307. B.  
\* Hom. 12. lib.  
\* 20. Hom.

met contrarium docuit, cùm Apostolis dixit, \* fine me nihil potest facere? Apostolus item ad Corinthios ita scribens, \* Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quæsi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est, quid aliud quam bene inchoandi possibilitatem significat.

Augustinus quoque, Non erat, inquit, in potestate tua, ut non nasceretis ex Adam: est in potestate tua, ut credas in Christum. An non potestas credendi in Christum, ab hoc ipso est, sine quo nihil possumus? Aut cum \* alibi dicit, in potestate hominis per Dei adjutorium possit esse, ut non consentias Satane: éstne ut contra Christi gratiam, possibilitas illa confitit? Rursus in libro secundo de Actis cum Felice Manichæo, capite quinto, Qui legem, inquit, servare non vult, in potestate ejus est, si velit. Itane possibilitas illa servanda legis, à natura est, aut aliunde, quam ab adjutorio gratiae Christi? Sed reliqui porrò flagitia videamus.

III. AIT \* Vincentius, gratiam primi hominis aliquid naturaliter admixtum habuisse, ut secundum divinam sapientiam, & bonitas regulas, natura humana recente recenter condire, & abduc innocentem quodammodo deberetur. En portentum Armacanæ Theologia. Gratia Adamo concessa non fuit mera gratia, sed naturaliter aliquid habuit, quia natura humana quodammodo debebatur. Cur tandem, aut quo nomine debebatur? Cion enim imago Dei, inquit, intellectu, & voluntate prædicta, naturales creatoris sui leges, quas observare debet, impressas à natura habeat, & tamen sine gratio Dei adjutorio eas observare nequeat, debet hoc sapientia sua Deus (ne naturam deformem, & quodammodo mancam relinquere) ut necessario divina gratia adjutorio imaginem suam roboraret. Quid hac ratioinatione fitilis? Ergo quidquid divina sapientia convenit, aut bonitat, aut quoquomodo rationi consentaneum est, id si faciat Deus, ac creaturis præstet, gratia non erit, eo quod natura sit illarum quodammodo debitum? Si horum argumenti genus tolerabile est, ac vel tirone, non dicam Theologia, sed institutionis Christianæ dignum; licet impune gratia esset negare, quod Dei unigenitus Filius pro peccatoribus est crucifixus. Hoc enim divina sapientia sua, ac bonitati debet. Quam multa sunt à Gracis, Latinique dicta Patribus, cur hominem Diabolus fraude deceptum, ab eo liberari aequum, ac justum fuerit, à quo fuerat ante procreatus! Quod & sapientia, ac bonitatis & aquitatis cuiusdam, iustitiaeque fuisse prædicant: ut incommodabilis Deus (quod \* ait S. Leo) cuius voluntas non potest de Nativ. sua benignitate privari, primam pietatis sua dispositionem sacramentum occultum completere, & homo diabolus iniquitatis verius actus in culpam, contra Dei propitatem non peccaret. Innumera sunt tum ab eodem Leone, tum ab aliis ad idem argumentum graviter copiose disputata, dum hoc explicant, cur interfertur divina sapientia, ac potestatis, quæ est Dei Filius, ac <sup>et</sup> omnis conditor, pristimum in statum revocare genus hominum scapula, & infidis Satana dejectum ac perditum; præsternit cum ad imaginem Dei conditus, ab imagine ipsa, quam esse Dei Filium interpretantur, instaurari debuerit. Addunt & de modo liberandi, ac redimendi non paucū; ut justitia divine fuisse probent, non vi hominem, & potentia, sed ratione, & aquitate, sine dominantis injuria vindicare. Hæc & alia id genus infinita, ex Vincentianis principiis, non sunt gratia beneficia; quoniam sibi, id est sapientia, bonitati, iustitiaeque sua Deus ista debebat, ut deformatum imaginem suam, & creatoris sui legibus obligatum, ad has ipsas exequendas necessario divina gratia adjutorio roborare.

IV. HANC opinionis porrò pravitatem hauit Vincentius ex cono damnatarum Propositionum Michælis Baii in eadem Academia Lovaniensi, in qua persona hodie Gallus Arauficanus docet, Professoris quondam regii. Nam inter Propositiones à Pio V Romano Pontifice notatas, & Gregorij XIII, ac demum Urbani VIII de censu subjectas, octava ex libro primo Baii, de meritis operum, capite quarto decerpita sic habet: Primi hominis integræ merita fuerunt prima creationis munera; sed juxta modum loquendi Scriptura facit, non recte vocantur gratia: quo sit, ut tantum merita, non etiam gratia debent nuncupari.

\* Lib. de Correp. & grat. c. 1. s.

\* Augustini vero locus ille, quem Vincentius afferit, nihil ad rem attinet. Non enim ex eo, quod adjutorium divinum Angelis, vel homini necessarium fuit,

idcirco debitum illis fuit; vel gratia propterea esse definit; cùm stirps, & radix necessitatis illius, ex liberali & gratuita Dei beneficentia repetatur, quia illos ad eorum natura minime debitam conditionem attollere voluit, que tale requireret opulatricis gratie subdium. Quod autem non omnis ratio debiti cum gratia proprieitate pugnet, luculent disserit S. Thomas in prima Parte Summae Theologicae, \* quæsto- \* Art. I. ad. xxii.

## CAPUT XXVI.

Falsa argumentatio Vincentii diluitur, quam contra Catholicos instruit, de gratia Adamo data, & Christi meritis parva.

I. ADEM Augustiniani loci ~~negare~~ densissimas offudit erroris tenebras \* Arauficanus Vincentio, \* p. 114. dum pro magno absurdio Catholice sententibus Theologis objicit, horum ex sententia sequi, adjutoriorum olim Adamo datum, Christi esse beneficio restitutum. Adeo peregrinus est in trita, pervagatique re, in quam tot antiquorum dicta consentiunt: Christum Dominum ea recuperasse, ac repræsentasse nobis, quia in Adamo perdidimus: velut fidem, spem, caritatem, justitiam, & qua generali vocabulo gratia continentur: quatenus eorum capax est fecundus, ad quem irreversibili decreto sumus addicti, collapsæ naturæ status. Quamquam, ut capite tertio ac vicefimo dixi, longè sit uberior, ac potenterius gratia præsidium Christi nobis meritis acquisitum: præterea quod ad perseverandum datur. Nam quibus conceditur, ii non modo perseverare possunt, ad idque gratia auxilio juvantur, sine quo non possint: sed eo ipso fit, ut revera perseverent. At in statu innocentia, non tale est Adamo tributum, quo perseveraret; sed quo perseverare posset. Eadem in ceteris, quæ citra perseverantiam recte aliquando gesit, ejusmodi suppeditatum est auxilium, non modo finis quo non posset agere; sed etiam quo re ipsa honeste, & laudabiliter ageret. Si enim hoc defuerit, in accepta bona voluntate neque vel brevissimo illo tempore, quo in potestate fuit Creatoris fui, manere posset, neque re ipsa mansuet.

II. ATENIM, pergit Arauficanus Lenis; \* Si homini \* p. 115. lapso, qui natura humana legibus adhuc astrinxitur, Deus gratiam sufficientem reddere debet, eo ipso, quo homo leges illas servare tenetur, & earum prævaricatio ei imputari potest ad culpam: ergo non magis homini lapsi, quamprimum homini, salvatore est opus, iam divina aequitas, pergens naturam lapsam, ægamtique creare, non minus debet gratiam sufficientem illi superaddere, quam olim condens naturam stantem, & sanam in primo parente. Quid ergo opus Incarnatione, & Crucis Christi, si gratia ad salutem sufficientem debuerit homini lapsi, isto alio titulo dari? Unde nec gratia ista est mera gratia. Sed quodammodo natura lapsi debita; perinde ac olim fuit debita innocentia. Hæc Vincentius. Contra quæ illud opponimus, quod antecedenti jam dictum est capite: neque sufficientem gratiam innocentiam datam Adamo, ad eam servandam naturam legem, quæ erat obligata, debitem fuisse, vel naturaliter aliquid habuisse; nec eam, quæ post lapsum primi parentis, homini sufficitur; quod falso putat Vincentius: sed utramque meram est gratiam; merique gratitum beneficium: quod ex sola bonitate, ac misericordia profectum est. Posteriorum vero, de gratia & gratitudo, liberaliisque donatione haud paulo plus habuile, quam alteram Adamo præstavit: quod de ingrato, & inimico bene mereri, majoris est beneficentia, quam de amico, & eo, qui te nulla injurya violat.

Atqui nemo sine idoneo gratia subfido legi, qua tenetur, obsequi potest, ait Vincentius. Succurrendum igitur illi erit a Deo, qui hanc homini necessitatem obseruare legis imposuit: ut non liberalitas, & gratia, sed offici ac debiti sit necessaria opis illa tributio. Succurret sane Deus, neque suscepit a se partes defensio gratitudo, ut jam dixi, benignitas: sed ita profecto, ut si vellet, sine illa cuiuscumque injurya negare posset.

III. PECCARET ergo, instant rursus Armacan; & quidem in eo, quod in potestate sua non habetur; idque illi imputareetur ad culpam. Hoc telo potissimum in nos

nos \* ferox & masculus ille Vincentius, ut ejus verbis ntar, impetus facit. Verum puerilis haec petitio leví declinazione sic a nobis eluditur. Finge hominem idoneo defitum auxilio gratia: Legis hic quidem exequi mandata non poterit: & in eo peccati aliquid admitteret, quod etiæ naturæ præceptum implere, faltem utcumque potest, gentilium philosophorum more conetur, carcer hic illius voluntatis imperius restringendus, ut volunt, ea, quæ abesse non debet, ut ad Deum referatur.

Itaque peccatum id quidem erit, hoc est defectus aliquis: qui tamen minimè ad culpam imputabatur, nec ad reatum; quo ponit committitur.

Plurimum autem peccatum inter, & culpam interest, quod quia nescire videtur, Arauficanus Vincenti, diffecit a principe Theologorum, qui in prima parte secunde, questione vicefima prima, articulo primo & secundo; nec non in Opusculo secundo, quod est Theologia Compendium, capite centesimo vicefimo, eruditè ac dñe illud exposuit.

## CAPUT XXVII.

Non omne peccatum esse culpam, ac quid inter ambæ interfici: quod ex S. Thome, tum S. Augustini auctoritate comprobatur.

I. QUAMVIS ad finem lucubratio haec nostra festinat, nondum tamen stilum avocare possum ab hoc loco, qui præcipuum Armacanæ sc̄ltæ, ac Vincentio erroris anfan obtulit. Itaque de peccati, & culpam differentia summatione ea perscribam, quæ Thomas in suis commemorationib, libris explicavit. Scribit \* ille, le primum, latius malum patere, quæ peccatum: sicut & bonum, quæ rectum. Qualiter enim privat boni in quoque constituit rationem mali. Sed peccatum propriæ confitit in actu, qui agitur propter finem aliquem, cum non habet debitum ordinem ad finem illum: quiordo rectitudine actu dicitur. Quando autem à rectitudine tali actu aliquis recedit, tunc incidit ratio peccati. In his vero, quæ aguntur per voluntatem regula proxima est ratio humana; regula autem supraemna est lex aeterna. Quandocumque ergo actus hominis procedit in finem, secundum ordinem rationis, & legis aeternæ, tunc actus est rectus: quando autem ad bac rectitudinem obliquatur, tunc dicitur peccatum. In articulo deinde secundo, sic scribit: sicut malum est in plus, id est latius patet, quæ peccatum; ita peccatum est in plus, quæ culpa. Ex hoc enim dicitur actus culpabilis, vel laudabilis, quod imputatur agenti. Nihil enim est aliud laudari, vel culpari, quæ imputari aliqui malitiam, vel bonitatem sui actu. Tunc enim actus imputatur agenti, quando est in potestate ipsius, ita quod habeat dominium sui actu. Ex quo concludit, rationem laudis vel culpa in solis actibus voluntariis constituit, in quibus idem est malum, peccatum, & culpa. Ceterum voluntarium hic sanctus Thomas perfectum voluntarium appellat: quod idem est cum libero arbitrio: eoque solo in potestate, ac dominio actus suos habere voluntas dicitur, ut ex eodem \* suprà demonstravimus. Quare ut non omne malum est peccatum, sic nec omne peccatum est culpa: sed hoc solum, quod ex voluntate, id est libero arbitrio, & electione committitur. Potestque peccatum dici actio qualibet, quæ ad ultimum finem non revertitur (ut idem \* S. Thomas ostendit) eoque ipso deficit: nec tamen imputatur in culpam, nisi ex deliberatione, & libera voluntatis electione procedat.

II. RURSUS in Compendio Theologiae, capite cxxix. Malum universæ ait esse privationem, & defectum: idque spectari duplicit: primum secundum quod in natura sua consideratur; ut cæcitas est quoddam malum animalis: Deinde secundum quod per actionem ordinatur ad finem: atque hoc modo malum actionis ad aliquem finem ordinatum, ad quem non debito modo se habet, peccatum dicitur, tam in voluntariis quæ in naturalibus. Peccatum enim medicus in actione sua, dum non operatur convenienter ad sanitatem; & natura etiam peccatum in sua operatione, dum ad debitam depositionem, & formam rem generatam non producit; sicut cum accidunt monstra in natura. Mox capite cxx, de defectibus, quos morales nominant, agit: & in iis peccatum verari docet. Si igitur in actionibus non voluntariis, inquit, ordinatus ad finem defectus accidit, peccatum tantum dicitur. Si autem in voluntariis, dicitur non solum

Par. III.

peccatum, sed culpa, eo quod agens voluntarium, cum sit dominus sua actionis, viuperio dignum est & pena.

Atque hoc præstantissimum ille Theologus ex magistris suis S. Augustini doctrina tradidit. Hic enim peccatum à culpa differre non obscurè indicat: ut in libro de Perfectione iustitiae, capite sexto, ideo esse culpam hominis dicit, quod non est sine peccato, quia sola hominis voluntate factum est, ut ad istam necessitatem venire, quam sola hominis voluntas superare non posset.

III. SIC in libro primo Retractionum, capite xv. Qui nesciens peccavit, non incongrueret, inquit, nolens peccare dici potest, quamvis & ipse quod nesciens fecit, voluntem tamen fecit, &c. Quia voluit, ergo fecit, etiam non quia volunt, peccavit, nesciens peccatum esse quod fecit. Ita nece peccatum sine voluntate esse potest, sed voluntate facti, non voluntate peccati. Quod tamen factum peccatum fuit: hoc enim factum est, quod fieri non debuit. Quis quis autem sciens peccat, si potest cogenti ad peccatum sine peccato refiri, nec tamen facit, utique volens peccat. Ibi peccatum aliud à nolente factum, & nesciente constituit; aliud à scienti, & volente. Præter est peccatum, sed culpa, ac reatus expers: posterius habet utrumque. Nam & si quod non debuit, in quo peccati ratio confitit: & quia sciens volensque fecit, reus est supplicii: id est culpa dicitur, non alterum, quod est tantummodo peccatum.

Scendum est autem duabus rebus confitare peccatum propriæ dictum; quorum alterum Augustinus actum nominat; alterum, reatum. Actus est, quem defectum vocant, sive aberracionem ab regula, quæ est recta ratio, quam Græci *æquitas* nuncupant. Reatus est obligatio, quia quia ob crimen admisum luenda pone est obnoxius. Utrumque cui convenit, culpa dicitur. Nam sola haec ut vituperationem, ita poenam meretur. Quod autem prius tantummodo continet, peccatum, non culpa nominatur. Itaque Concupiscentiam per Baptismum remitti in reatu, & manere in actu, affirmat \* Augustinus. In nondum regeneratis & actu, & reatu manente, cont. Juli. Ideo peccatum in his, non culpa vocatur ab \* Apolo. \* Rom. 5. Quippe heret adhuc in illis origine peccatum; propter quod non proprietate voluntatis, sed origine reos teneri ait Augustinus. Qui & hoc universe verum esse \* Lib. 12. dicit, quod aduersus Manichæos in libro de duabus animabus scripsit; Peccati reum teneri quemquam, quia non fecit quod facere non potuit, summa iniquitat, & infamia est: adeoque peccato etiam originali convenire; quia ex ejus origine tenentur rei parvuli, qui non fecit quod facere potuit: divinum scilicet servare mandatum. Quare peccatum Originale, antequam regeneratione solvantur, vera culpa censetur, quia ex illius origine rei tenentur, qui voluntate peccavit, quando libero & ad faciendum, & ad non faciendum motu animi non carebat, etque ab operem malo abstinenti summa potestis erat.

IV. Cetera, quæ vel ab ignorantiis fiunt, vel quod modo voluntarii, id est liberè non agentibus, peccata sunt, non culpa; quia nemo ob id penam committeret, quod nescienti fecit. Itaque sive fidelis, five infidelis, opus aliquod, ab recta ratione deficiens admiserit, quod ejusmodi esse nescire, peccatum fecit, quod culpa non est; nec imputatur ad peccatum: quemadmodum de Abimelech rege Gerara. Scriptura refert, qui uxorem Abramii Saram, ignorans, & justus, hoc est nulli ob id affinis culpæ, quod forentur esse nescire, abduxit: Deo infuper justum illum, & innocentem in ea re fuisse pronunciante. Quia quidem imprudentia, & ignorantia, peccatum simul, & poena fuit originalis peccati: sed culpæ, ut dixi, ac reatus expers fuit.

## CAPUT XXVIII.

1. Vincentii & Armacanæ sc̄la falsa opinio; in eo etiam, quod necesse est, & vitari non potest, adulteros homines esse culpabiles. 2. De gratia sufficiente. quæ aliquot Augustini testimoniis adstruitur.

I. HIC Augustini, & S. Thomæ immo Catholice fidei decreto obnunciat Armacanæ patroni libertus Frodomondus; cuius tanta est severitas, ut ob illa etiam peccata, que vitari non possint, & ob mandatum qualemcumque prætermisum, quod observatu nos

O. erat

erat impossibile, culpam & reatum semper inter seculum miseris hominibus infligat. Etenim sine gratia Christi nihil recte fieri, neque legi naturali, ac divina obtemperari posse, prorsus exigitur. De hoc autem adiutorio gratiae duo quedam afferit ex Patroni sui do-

\* Vinc.  
lib. 1. c.  
24. pag.  
112. &  
seq.

\* Ib. p.  
114. &  
seq. &  
lib. 1. c.  
Sect. 4.

cum magnam habuerit, & robustam. Tum paucis interjectis, Et quis istam, ait, eis parvam, dñe caperat, caritatem, nisi ille qui preparat voluntatem, & cooperando perfici, quod operando incipit?

IV. SECUNDUS Augustini locus ex libro de Corruptione & gratia, capite septimo, est ejusmodi: Justorum enim videtur excusatio dicentum, non acceptimus audientiam, quam dicentum, non acceptimus perseverantiam: quoniam potest dici: homo! in eo quod audieras, & tenueras, in eo perseverares, si velleris: nullo modo autem dici potest, id quod non audieras, credere si velleris. Igitur qui perseverantiam non habuerunt, culpa sua non habuerunt; quam si voluerint, haberent utique. Poterant igitur habere: & hinc ipsa possibilis, gratia est sufficiens, sive, ut Apostolus loquitur, sufficientia, non ex nobis, sed ex Deo est.

Tertius locus ex Sermone ccxlii de Tempore, eamdem paratam & sufficientem gratiam, quamvis virtus nostra tentationi demonstrat: ubi de tentationibus disputat. Nemo dicat, inquit, à fortificatione se custodire non posse. Fidelis est enim Deus, dicit \* Apollonus, qui non \* 1. Cor. permittit nos tentari supra id, quod portare possumus: sed 10. facies cum tentatione preventum. Talius unicus homini tentatio datur, sive in carnis desiderio, sive in ambitione seculi, vel etiam in quacunque tentationis molestia, quam cum laude vincere, aut cum opprobrio succumbere poterit. Ergo qui succumbit tentationi, ideo cum opprobrio id facit, quia cum laude illam vincere poterat. Hac autem possibilis, ut \* supra ex Augustino demon-

stravi, nihil alid nisi gratia est.

Idem rursus in libro secundo de peccatorum meritis, & remissione capite xvii, Cum voluntate, inquit, humana, gratia adjuvante divina, sine peccato in hac vita posse homo esse, cur non sit, possem faciliter in veracissime respondere, quia homines nolunt. Non hec facillima, nec veracissima esset responsio, si non posset. Posset igitur si velint: atque ut voluntatem paratam habent, sine qua velle non posse: ita & gratiam, quia sine adjuvante, ut & sine voluntate, non posse.

Peta. To.  
1. lib. 10.  
c. 16. §.  
14. & seq.

### C A P U T X X I X.

Epilogus, in quo querela Vincentii Lenis occurritur de asperitate Petavianii filii.

E T me quisquiliarum istarum jamdudum piget; in quas everenditas non illam quidem iucundam; sed necessariam haec tenus operam contulit: & hic finem molestiae hujus aliquem decrevi facere. Quamquam difficile est in tot, tamque gravibus castigandis erroribus adhibere modum orationis suarum; & habere in potestate iustissima indignationis impetus: cuius, quod proximè legem impleant; sed quā hanc ipsam impetrare queant. Hoc est orationis ad Deum fundenda, gratię, & potestas: quam alio idem \* Augustinus brevi & sententioso dicto ita complexus est: Non igitur Deus impossibiliter jubet; sed jubendo admonet, & facere quod potest, & petere quod non possit. Quam sententiam Tridentina synodus uturavit in Sessione vi, capite xi.

III. QUOCIRCA nemini non est parata gratia illa, sive fides, ut cam vocat Augustinus, id est affectus orandi. si enim aliqui sufficiunt auxilium ad orandum, & impetrandum ubiorem illam, & mandatorum exercitricem gratiam desierit, jubetur aliquid Deus, quod ille cui iussum foret, facere homo non posset. atque ita mandata Dei illi essent impossibilitas; qui eo careret adiutorio, per quod omnibus possibilia esse censeret Augustinus: nempe orandi gratia, qua vis & robur obtinetur ad praestanda legis officia.

Hoc est prima omnium gratia, qua gratis omnino, ac sine meritis tribuitur; per quam actuosa, & praecepti operis efficax altera provenit; ut ibidem docet Augustinus his verbis: Cerum est enim nos mandata servare si volumus: sed quia preparar voluntas à Domino, ab illo petendum est, ut tantum volumus, quantum sufficit ut vobis faciamus. Ex quo voluntas duplex, dupli expressa gratia colligitur: una inchoata, & rudit adhuc, qua posse facere volumus; altera robustior, qua quod volumus possumus. Utramque capite sequenti manifestus indicat, sic scribens: \* Qui ergo vult facere Dei mandatum, & non potest, jam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc parvam, & invalidam: poterit autem,

\* Id. de  
grat. &  
lib. arb.  
c. 16.

sicolorum

sicolorem glaream reliqui facies. Tale istud est, quod ad infamandum Petavium Vincentius excogitavit; ut minus, quam cuperet, dicta leniter ac blande, variis ex locis per quae erant distributa corraderet, & sub unum aspercum poneret. Quam ejus calliditatem, & malitiam minus equidem miror, nec ea multum movere. Illud potius videndum quale sit, quod magis reg. init. zeget fert, ac dolentius queritur, nimis me in Armacanorum infectando dogmate vehementer fuisse.

Tales enim ad opprimendam vitii, ac mendaciam labem, veritatis esse, sapientiae sermones admonet \* Synodus: nempe diuersorū, η στυνδ, η στιμφας Orat. δηκοτας, hoc est mares, & graves, ac rigidos. Αλλη περι μεγαλι, οτι ει καθι μεν, αλλη η μελο, ει δε τη αναγελι, οτι ει καθι μεν, αλλη η μελο, ει δε τη αναγελι. Id est, scilicet facultas data fuerit, molestos fore se, & cor ipsiusnon se stricti dimicataxat esse punctulos: sed ad imum usque penetraturos minantur: si ει αλοφια cuiuspiam prodest queant. Denique sunt, inquit, οιδενωνται νινς απεγκασιασια, η βασις επινεχαν, hoc est severi quidam in castigando pedagogi, & in congrexis morosi ac difficiles.

Quod si quis illud ipsum, quod ex Petavii, & Ricardi lucubrationibus fecit Vincentius, ex illorum quos dixi, Patrum commentariis liberius, & asperius dicta decerpserit, ea sic congesta, supra uitatum indicis modum, in ingens, atque amplum volumen excrecent.

Irafercius Petavio, ac Ricardo, Rodomonde Vincenti, & quiritando publicam imploras fidem, quod in Armacanorum, hoc est in heresim veltram, & vos eius principes, & antesignanos commotiores fuerint. Non ferunt auricula tua sub hoc elogio traduci Novum, & hereticum dogma, appellarique, opiniones porrectivas, canoras rugas, interpretationes malitiosas, calumnias infidiosas, infusias novitates, ineptas fabulas. Dispicet tibi, se fer illius θεοτοκος audire, libertatis eversores, liberi arbitrii corruptores, nova libertatis architectos, amore uirutatis excecas: & quod caput est, τηξιν, quod tuomo Grece valde doctus male spiru affatos interpretaris: de quo paulo post dicam.

Tu igitur ob illa, & ejusmodi alia, que in heresim veltram merito jaegata legeras, exarsisti protinus iracundia: neque contineat stomachum tuum, vel lenitatis, quam sponte tibi indideras, minimum, ac personam ad finem tisque servare potuisti. Itaque ambas iratas bucas inflasti, ac cīna alia nimis iracundē; tum hæc sanè horrenda jecisti: \* Quis veritatis ignarus non homines, \* Vin- Pref. lib.  
eo hominum monstra eos esse: ex Canibalis, aut monibus cent.  
Riphae hæc adecta non puter?

Quid si heresim veltram non illis, que in Indiculum redigisti, tolerabilibus utique dicas, & usitatis nota- sent illi isti, quos Canibalos, & ex monibus Riphae ad- vicia monstra nominasti: sed iisdem uti in Armacanorum, id est hereticos essent, que antiquissimi, & sanctitatem, ac doctrina celebrissimi Patres usurparunt? Quid si va- niolosus, mentis seductores, Christianum mercantes, verbi Evangelici cauponas, scrophanas, fructus mortiferos, pro- genitum maledictum, inimicos crucis Christi, feras homici- dat, fementem Diaboli nequam, cippos, & sepultra mortuorum, serpentes, draconculos squammos, apides, ba- filicos, scorpiones, lupos, & fons, & ceteri ejusmodi illorum nominarent, que in epistolis scripti Ignatius? Quid si viperas, sceliones, scorphios, cerasias, ap- dogoronas, lacertos, biciripes serpentes, venenosos crabro- nes, diaphas, buprestes, scarabeos, septicipes hydras, cantharidas, efferaffissimas bellus, vocarent? que qui- dem, & iis plura in Novorum autores dogmatum con- torquet Epiphanius. Quid si Athanasium imitati, illo- rum patrem dicent Diabolum? si eodem ad omnem im- piatem projectos, hypocritas, nullo pacto Christianos; im- mo Christomachos, demonum filiales, apostatas, latrones; innumeris denique aliis vocabulis appellarent, quibus idem in hereticos defasit Athanasius?

Posunt similia quamlibet multa Patrum dicta com- memorari, quibus, tamquam spiculis, & praecutis jaculis, succrescentes heres, cum earum reperto- bus confixerunt, sed in paucis istis specimen dedi- sicut. Hic tu mihi, Vincenti, forsitan occures; ab anti- quis illis fidei Catholice defensoribus, talia in hereti- cos probra & convicia merito esse conjecta: In vos au- tem, velstramque sciam minimè convenire, qui nec hereticos essent; & pura, sinceraque Augustini decretal represtat: \* cuius profundissima doctrina lucidissimam \* Vinc. faciem velter ille accedit antistes, in quam ex tenebro- lib. 2. p. so illo profundissima doctrina specu oculos attollunt idem<sup>159</sup>.

## ELENCHUS THERIACÆ

tidem mystæ; & consecranei tui, ne vertigine tentati  
in præcepto ruant.

Ait tu vero? Non sunt heretica, quæ ex Lutheri,  
Calvini, ceterarumque peccatum venenis *aberrantia*, maledicta,  
ille Irenensis Augustinus expressit? Non est hereticum,  
liberum hominis arbitrium dicere cum solo pugnare  
violentio; cum eo vero, quod necessarium est, nec ali-  
ter fieri potest, confiserit? Quam quidem opinionem  
S. Thomas hereticam olim esse iudicavit. Non est her-  
eticum, asseverare, Legem à Deo per Mosem Iudeis  
datam, ex professo fomentum, ac præmium terrena,  
ac vitiosa cupiditate promisisti? Non est hereticum, ne-  
gare gratiam ullam sufficientem à Deo subministrari,  
qua bene, si velint, agere homines, & peccata vitare  
possint? Non est hereticum, affirmare Deum ad ea  
faciendo homines præceptum suis obligare, que præstare  
nequeunt? Quod ex proximè antecedente dogmate ne-  
cessarium est confiteri. Quid illa? Parum sunt ha-  
retica, Amorem concupiscentiae, quo in Deum fer-  
nunt homines, esse vitiolum, & peccato contaminatum?  
Item, Attritionem ex gehennæ timore conceperat, in  
vitio, ac delicto esse ponendam? Tum hoc etiam in-  
constanter ab Armacano dictum, & isti contrarium;  
Eundem gehennæ metum, eti bonus sit, & ad pecca-  
tum delendum utilis, atque à Deo, & Spiritu sancto  
profiscatur, tamen ex Christi gratia minimè fieri?  
Aut istud, ignorantes, quam invincibilem vocant,  
à culpa non excusare? Si hac paucæ de multis ra-  
ptim & tumultuarie collecta de magistris tui libris ac  
tua, Vincenti, theriacæ, dogmata heretica non sunt,  
quid hereticum appelles non video. Certe sana & Ca-  
tholica nemini famo, & Catholico videri possunt, cum  
tot Romanorum Pontificum decretis notata, &  
inter hereticas, erroreas, suspectas, temerarias, scandalo-  
sus sententias relata, damnataque fuerint. Exstat  
hoc de re Pii V Constitutio, quam Gregorius XIII,  
& Urbanus VIII Pontifices ratam postea novis de-  
cretis esse iusterunt. Quorum ad eludentem, labefac-  
tandamque vim quas non artes, ac præfigias haec-  
nus adhibueritis! Sed de calliditate, vel contumacia po-  
tius vestra, quæ hereticum prorsus indolem sapit, dé-  
que subdolis interpretationibus, quibus contra supre-  
mam auctoritatem ad hanc usque diem repugnat, ni-  
hil hic attinet dicere; præfertim cum ea res, nefrâque  
illa frus sic aliorum opera scripti que patet, illu-  
strataque sit; nihil ut ad ista novi, indicitique possit ac-  
cedere. Hæc ad purgandam stili nostri in vos acerb-  
itatem peroranda duxi, Vincenti, que vel iniquissimum  
censibus probaturum me esse confido. Quod si du-  
rus, ac moleste querulus nihilominus esse pergis; cer-  
te, quod reliqua est, in te, exemplumque tuum in-  
tueri jubebo; & hoc cogitare, quā sit indignum,  
eāte moderationis, ac patientiae legem alius ferre,  
quam tibi ipse non prescribas.

Enimvero festivus, ac lepidus es homo, Vincenti.  
Tu in aditu ipso theriacæ tua longam explicasti queri-  
moniam de Petavio, & Ricardi, & in scribendo aspe-  
ritate amborum, & iracundia: quam etiam dispuclis  
narras viris eruditis veritatis confessis, qui negabant se viri  
unam Ricardi paginam sine ira, & flamma, ac libri è mani-  
bus abjectione, posse legendo percurrevere. Addis, te plausu-  
dens conviciorum, qua in illum sanctum & eruditissi-  
mum Episcopum (Illum nempe, cuius librum, cui titulus  
est Augustinus, multas ex propositionibus olim ab Romanis  
Pontificibus pro hereticis, erroreis, suspectis, temerariis,  
scandalos & in piis aures offensionem immittentibus dam-  
natus continentem & renovantem, sub excommunicatio-  
nis pena legi, ac retineri vetuit nuper Urbanus VIII,  
approbat, qui nunc eamdem sedem obtinet, Innocen-  
tius X) qua igitur in illum, pariter ac vos Petavius,  
& Ricardus jecerant, ea tibi regere nec otiū, nec cu-  
ram fuisse propter. Sciebam quippe, aīs, infirmati-  
sum, & seminarum morem esse, ut superata ad convic-  
tio convertantur; & à S. Hieronymo audieram: Maledi-  
cens remaledicere, nihil prodeſſit ad cauſam. Cū  
hac tam magnifice lectoribus tuis de te, ac scribendi  
genere institutio tuo pollicitus es, ubi ad rem ve-  
nisti, omnium illorum, ac tui ipsius oblitus, in illud  
ipsum infirmatis signum, ac seminarum morem relapsus  
es, ut maledicentibus remalediceres, ac plauſa convic-  
tio in eodem, a quibus erant jačta, regeres, aīt  
pater, & aīor, ut Hesiodio præcepto morem ge-

res. Relege theriacam tuam, & quanta ibi sint in  
Petavium, & Ricardum *aberrantia*, maledicta,  
convicia, diſteria, scommata in illos jačta recognoscere.  
Qua quidem tuo usus exemplo in subiecto Indiculo  
collecta describam.

Vincenti Lenis, id est Liberti Frodomundi Lovaniensis  
Doctoris, modeſtæ ſpecimē ex illius libro, qui  
Theriacæ inscribitur.

**P**RIMUM libri titulus ipſe convicio non vacat. Nam  
theriacam, adverſus Petavio, & Ricardi libros pro-  
scribere, quid aliud eſt, quam *venera* illorum libros  
effi dicere, & auctores ipsos pro venenariis, & maleſi-  
cis traducere? Jam utraque Prefatio primi ſclicer, ac  
ſecundi libri tota eſt *Agrippina*. In priore, Petaviam  
eloquentiam ludibri habet homo latinitatem in ſcriben-  
do ſpurcissime. In posteriore, Petavio ac Ricardi mo-  
rē ſatirico ſelle perfundit. Cetera per saturam conge-  
ſta ſunt ejusmodi.

**P**hilosophia Petavii, & Ricardi pseudoperpetua: Pe-  
tavio & Ricardi crepitacula, quibus S. Augustinum, &  
veritatem circumſtreptum; ambō in vertiginem, & errorum  
incidentur; Ixionēs nubes pro veritate amplexantes. Ve-  
hementer Petavius fallit, & fallitur: perpetua ejus hallu-  
cinatio: Ambō in adverſarios ſuos ſpumam lingua deplum,  
flammam ira detonant: geniū & confilium gladiatoriū ſpa-  
rum: ſexcenta ſimili ſlamma ſplendida Petavii bilis expuit.  
Quis te geniū à mente tua, ſe drepent alienavisi? Quis  
veritatis ignarus, non homines, ſed hominum monſtra eos  
eſſe, ex Canibalib⁹, aut montibus Riphais huc adveniāta non  
puer? ferros & maſculis eſt, mi Ricarde.

Iſta ignorante craspa nebulosa in qua duo illi homines per-  
petuo ambulant, errare pleraque omnia eos fecit, quecum  
que erraverunt, & deliraverunt. Dura tua menti foris  
hac imprime Ricarde. Similes Adramatini Reverendi Pa-  
tri Molina. Item de Ricardo, *Vit⁹ verbū unum, ſed*  
*valde verum audire?* Omnes lectioni S. Augustini paulisper  
affueti vident tirocinium tuum hic eſſe, nudiusſtis ceſiſe  
eum legeri: & ut nemo animosulus, ſicut tu eſt facile ima-  
ginari alium ſe potiorem eſſe, in breue tuus cleſydra longa  
& pertinacem illius Reverendissimi Episcopi diligentiam  
voluisse metiri. Obſerveſt hoc Frodomondi perinde  
contumeliosum, ac fermonis incondita barbarie viro-  
sum maleſicum. Pergit deinde: Itaque, mi Ricarde,  
diſce poſthac ſpeciosiſ, & credibiliſt mentiri; & ſi me  
audi, ingenioſam Ovidii Naſſonis Metamorphoſin liget,  
& imitabere, ut deoſat magis conſequenter fabulari, &  
rebus vaniſtis colorē aliquem, & veriſimilitudinem af-  
pergere. Ricardus & Petavius furioſe affulſant. Et ut  
magis mireris, ac Ricardi caciſitatem vidas. Peſtra tua  
cauſa talibus indigebat ſeſibus, ut fieret digna patella  
operculum. Nec Ricardi ſoliditas hic ſteſit. Neſciis an  
iſu crepare debeam cum Democrito. Quis enim veritatis  
oculis hanc rem intuitus, non deſeat hominum alia erudi-  
torum caciſitatem, & iudiciorum depravationem, ubi ira,  
invidia, aut ſegnior affectus inſeſtatione eorum obnubilas,  
& precipitas? Quād ſalſum, & puerile eſt quod fabu-  
laris! Legat te quicquid voleris, & vacat, probationis tua  
illid frigus, & mugas videbit. Que omnia te indigna,  
puerila, & ſulta ſunt. Hec eſt illa tam clamora boſie  
Petavii philoſophia, ex philoſophorum bujus ſeculi imagi-  
natione figurata. Si me medicum consulat, dilutius poſt-  
hac bibent; aut, ut Carneades, bitem expuent candido hel-  
lebo. Tota Petavii, Ricardi, Suarez, Molina, Leſſi, Raynaldi diſputatio videtur mihi fermè eſſe de lana capri-  
na, & quarere nodum in ſcripo. Theologorum commune  
placitum ſophistica adulteratione infamat Ricardus. Velle  
autem ſimilibus ventis, librorum ſuorum molere inſtare,  
nonne eſt hominum, qui in talibus pavergiſ & magarum di-  
verticulis tempus, & paginas perdunt?

Diſce alii telis, Ricarde non puridis illis pomis nobis-  
cum & cum S. Augustino puroꝝ. Veterem ſuum, &  
confutatissimum errorem erat Petavius.

Hec ſunt modeſtissimi hominum Vincentii, & cum  
maxime lenitate utentis ſua, in Petavium, & Ricar-  
di diſta clementer, & humaniter. Quia ſi quis ad  
illud referat, quod in utrūque libri Prefatione ſpon-  
ta ſua demiciviat, ſe abſque convic-  
tio ſupernum illis ambobus eſſe; non poterit, quin & tan-  
tam rideat levitatem hominis, atque a ſuis cogitatim,  
decretifque diſcordiam: & os illius mitetur, qui quam

\*Vinc.  
Præf. ad  
Lec.  
p. 3.

## VINCENTII LENIS. CAP. XXIX.

in adverſariis ſuis reprehendit aperitatem, & impo-  
tentiam, hanc in eodem ipſo, ubi reprehendit, libro  
non imitatu modò fuerit, ſed etiam longo intervallo ſuperari.

Age enim quid eſt in Ricardi, & Petavii libris, quo  
ſe, ſuōque maximè violatos, & offensos conqueri po-  
fit, quod non in eos acerbius, iracundiisque retoſe-  
rit? Eſt tamen, inquit, unius atrocius inter cetera, & in-  
tolerable maledictum, quod Armacani feſtatores Gra-  
co vocabulo *πλάκων* Petavius appetet: quod ille *malo*  
*spiritu offlato* interpretatur. Offendit eadem illa vox &  
Armacani defenſorem noſtrum in Apologeticis ſecundo;  
in quo proterve, ac parum pudenter in D. Haber-  
ton inventus eſt, tunc cathedralis Ecclesie Parisiensis  
Theologum, nunc Vabrenſem Episcopum, virum  
pictate ac doctrina longe prætantissimum. \* In illo li-  
bro de *πλάκων* vocabulo *πλάκων* dicitur: ac ve-  
ſtis, aut *δαμον* interpretatur. Et ex Graeca lin-  
guſ ſcriniis reconditiōne vocem petimat à me eſte di-  
cit, ut duplex illud convicium ſub uno nomine in Ar-  
macanum jacerem. Atqui non tam arcanum, aut ex-  
quisitum vocabulum illud eſt, nec tanto studio ex  
interiore hellenifmi copia repetendum: ſed ejusmodi,  
ut folos lingue illius tirones abterreat. Ac ridicu-  
lum prorofus utrique hoc illi contigit, Anonymo ſcri-

\*Ap-  
log. lib.  
p. 112.

Satis arbitror pro Catholicis dogmate ad hujus oppu-  
gnatricem Vincentii theriacam eſte reſponſum. Quod  
ſi cui brevius, quād vel pro arguēnto copia; vel pro  
adverſarii Operis ſcicile videor; velim ambo illa  
legat, inter ſequē componat: tum ſciat profeſor, ſi res  
ex Vincentianis libri merito ponderetur, nihil ad hunc  
refutandum pluribus; ac ne noſtris quidem illis fortasse  
paucis opus fuiffe.

## APPROBATIO PROVINCIALIS.

**E**GO STEPHANUS CHARLETUS Societatis JESU, in Provincia Francie Prepoſitus  
a P. Dionyſio Petavio compoſitus, & trium ejusdem Societatis eruditorum virorum iudicio appro-  
batuſ typis mandetur: in quorum fidem has litteras manu mea ſubscriptas meique offici ſigillo mu-  
niſtas dedi. Flexie 20. Octobris 1647.

STEPHANUS CHARLETUS.

# INDEX CAPITUM.

- CAPUT I** NSCITA de Latinitate Vincentii expostula-  
tio. pag. 265  
**II.** 1. Controversia status. 2. Vincentii prævaricatio, & do-  
gmatum proditum: dum repudiatur a magistro suo Peripatetica Philosopham ad liberi arbitrii doctrinam adhi-  
bet. 266  
**III.** Liberi arbitrii ratio constituta ex Peripatetica philo-  
sophia decretis à S. Thoma presertim explicatis in Summa  
Theologica. Principiū notanda capita quinque de libertate  
boniū ex eodem. 267  
**IV.** 1. Eadem ratio liberū voluntatis ex Aristotele probatur,  
tum Nemeio, Joanne Damasceno. 2. Pelagianos recte de  
illa sententia probavit Augustinus. 4. Suffragatur & com-  
muni doctrina Michael Baius. 268  
**V.** 1. Fucus Vincentii theriacopla in libertatis vocabulo.  
2. Huius vocis ambigua notio, ac vera libertatis proprie-  
tas exposta. 3. Liberi arbitrii vocabulum ad evitandam  
calumniam usurpandum, cuius nota aliquot ex S. Thoma  
prescripta. 4. Meritum non aliunde oriri, quād ex usu li-  
beri arbitrii. 5. Ilēnque laudem, & vituperium. 269  
**VI.** 1. Vincentiana de libertate contra superiorem S. Thomae  
doctrinam disputatione. 2. Ejusdem falsa interpretatio S. Thomae.  
3. Refellitur ex eodem S. Thoma. 4. De libero  
arbitrio tota est quia, non de voluntate. In illo vera,  
& formalis est libertas, non in quacunq; motione voluntatis;  
quod liberitas declaratur. 5. Quomodo in aliis voluntatis  
actionibus virtute conincatur libera electio. 270  
**VII.** 1. Liberi arbitrii cōfessio perperam ab Vincentio de-  
finita. 2. Qua refutatur. Imperium in quo situm fit.  
3. Quomodo voluntas movere se dicitur. 4. Voluntatem  
sibi non imperare proprie. 271  
**VIII.** 1. Abhūda confessaria Vincentiana doctrina. 2. Ex  
ea sequi omniū voluntatis actionem esse liberam, etiam in  
amenitib; & parvulis. 272  
**IX.** 1. De necessitate opinio S. Thomae. 2. Huic contraria-  
mentu Vincentius, qui omnem necessitatem arbitrio libero  
adversus vocat coitionem; adeoque duplicit constuit,  
sed perplex, & obscurè. 3. Diluitur Vincentiana sen-  
tentia cavillatio. 5. Male ab eo necessitas cogens ex-  
pliatur. 6. Et refellitur ex iſdem, quos citat, auctori-  
bus. 273  
**X.** 1. Iniquus Vincentii error in quedam S. Thoma loco usur-  
pando. 2. Qui quidem exponitur. 3. Et ostenditur nihil ad  
causam Vincentii pertinere. 4. Cujusmodi necessitatē ge-  
nera ibidem declarantur. 274  
**XI.** 1. Quid inter brutorum appetitum, & hominis libe-  
rātē interfit. 2. Quod ex S. Thoma declaratur. 3. Tum  
illustratur ex Hierocle Pythagore. 4. Quid distet ab eo-  
dem appetitu brutorum, hominis voluntas non liberē agens,  
sed necessari. 275  
**XII.** 1. Vincentius astus in explicando discrimine necessitatis,  
qua bruta ferunt, & parvolorum, aut amenitum.  
2. Fugit ex imperatice vi voluntatis ab illo peti, qua  
nulla circa necessaria sit. 3. Pecudum, maximeque aymo-  
num peccatum ab Vincentio testimonium eluditur. 5. Ludicrum  
ejusdem sororū. 276  
**XIII.** 1. Cyrilus Hierosolymitanus perperam appellatus à  
Vincentio. 2. Ovis exemplo libertatis ac meriti rationem  
explicat. Et ludicra Vincentii opinio de brutorum appetitu.  
3. Qui circa finem ultimum claram cognitionem liberē ferri  
voluntatem, falso putat, & laudem etiam inde promereri.  
4. Sed in laudis ambigua significatio cavillatur. 277  
**XIV.** Ex Vincentii opinione sequi Spiritum S. produci à Deo  
liberē, & ex arbitrio libero. Ex quo horrenda blasphem-  
ia sequuntur. 278  
**XV.** 1. Vincentius frustra Patrum testimonia cumulasse ad  
opinioū sua faciendam fidem. Ex iis nihil ab illo effici.  
2. Voluntarium ſep̄e pro libero ab auctoribus usurpari,  
& voluntatem pro libero arbitrio. 3. Vincentium liberta-279

tem ita describere, ut non cuicunque voluntatis actioni,  
sed ei, qua est liberi arbitrii propria, tantummodo conve-  
nit. 4. Ejusdem defutatio levitas, qui alia liberum  
arbitrium cum simplici voluntate confundit, alia separat.  
Questio hīc ēſe de solo arbitrio libero. 5. Quomodo  
pacificari controversia ista debet. 279  
**XVI.** Ridicula Vincentii jačantia. Voluntarium, &  
spontaneum ſep̄e pro libero sumuntur. Damasceni locus ab  
eodem contra ſe productus. 2. Quo liberi arbitrii propria  
ratio continetur. 280  
**XVII.** 1. Vincentii falsa definitio libertatis. 2. nata ex in-  
scita Latinae vocis imperii. 3. Ejusdem de actu reflexo  
voluntatis fabula. ibid.  
**XVIII.** 1. Aristotelis locus perperam intellectus, & expof-  
tus à Vincentio. 2. Nec non Damasceni. Cui laus pro-  
priè conveniat. 281  
**XIX.** 1. Quaſio ab Vincentio commota, utrum voluntas quo  
ſe infinita move, duplex judicium propositum habeat.  
2. Respondet re unica, virtute ēſe duplex: quoniam  
eligibile est quod offerat voluntati, adeoque utile, &  
contingens, non necessarium. 3. De indifference voluntatis:  
in qua fruſtra conficiatur Vincentius. 282  
**XX.** 1. De locis Scriptura, quibus liberi arbitrii descriptio  
continetur. 2. Vincentii ſtropho in eo loco, qui ei Geneſi  
quarto. 3. Nec non in altero, Ecclesiastici decimo-quin-  
to. 4. Cuius falsa interpretatio refellitur, qua refini-  
mum illud, & alia familiā refert ad statum innocencia.  
5. Quod ex ipſa orationis ſerie redarguntur. 6. Tum ex  
Veterum conſentit. ibid.  
**XXI.** Colligitur ex superiori disputatione, essentialiter li-  
beratē poſitum ēſe in indifference, ſive potestate utriſque.  
2. Quod ex variis illius deſcriptionibus, & vocabulis,  
Patiſ Patrum liberum arbitrium exprimit, ostenditur.  
3. Tum ex Scriptura. 284  
**XXII.** 1. Expenditū Augustini locus ex libro de Correptione,  
& gratia de Armacanis objici ſolitus, in quo de auxilio ſine  
adversari vocat coitionem; adeoque duplicit constuit,  
ſed perplex, & obscurè. 3. Diluitur Vincentiana ſen-  
tentia cavillatio. 5. Male ab eo necessitas cogens ex-  
pliatur. 6. Et refellitur ex iſdem, quos citat, auctori-  
bus. ibid.  
**XXIII.** 1. Pergit in illuftrando loco illo S. Augustini.  
2. Non perire ad quacunq; Chriſti gratiam. 3. Qui  
differat Chriſti gratia ab ea, que data est Adamo: ac  
primū exponit cuiusmodi hac fuerit: tum quid Chriſti  
meritis parta. 285  
**XXIV.** Errata Vincentii deinceps collecta per ſatram.  
1. Possibilitatis gratiam negat ēſe gratiam Chriſti, idque  
ipſum refellitur. 2. Ejusdem mendax calumnia de Molina,  
Lefſio. 3. Ex Petavio. ibid.  
**XXV.** 1. Vincentius error, & falsa interpretatio loci cuius-  
dam Augustini de Correptione & gratia, & aliorum in  
quibus de auxilio ſine quo non & quo agitur; tum de  
possibilitate. 2. Possibilitatem reſta agendi, gratiam ēſe,  
negat Vincentius: idque refellitur. 3. Idem gratiam primi  
homini naturalitatis aliquid habuisse dicit. 4. Quod in  
Michaële Baio damnatur. 286  
**XXVI.** Falso argumentatio Vincentii diluitur, quam con-  
tra Catholicos infriuit, de gratia Adamo data, & Chriſti  
meritis parta. 288  
**XXVII.** Non omne peccatum ēſe culpa, ac quid inter  
ambō hac interfit: quod ex S. Thoma, tum S. Augustini  
auctoritate comprobatur. 289  
**XXVIII.** 1. Vincentii & Armacana ſc̄la falsa opinio: in  
eo etiam, quod neceſſe est, & vitari non potest, adulos  
homines ēſe culpabiles. 2. De gratia ſufficiente, que ali-  
quo Augustini testimonis adſtruitur. ibid.  
**XXIX.** Epilogus, in quo querela Vincentii Lenis occurrit  
de ſperitate Petavianū ſili. 290

# DIONYSII PETAVII AURELIANENSIS, E SOCIETATE JESU,

De Adjutorii sine quo non, & Adjutorii quo, verā germanāque notione,  
ab Irenisibus præstigiis vindicata,

## BREVIS DISSERTATIO,

In qua novæ ſectæ fundamentum penitus evertitur.

*Ad Illuſtrissimum quendam Praefulem.*

### CAPUT I.

Exponitur praesentiſ disputationis occasio, & quaſia  
ipſa conſtituitur.

**Q** UÆSISTI nuper à me, (PRAEſUL ILLUSTRISSIME) quid de novo illo, & latius  
propagato dogmate ſentire, quod ab auctore Janſenio, Janſenianum appellari  
meant. Huic Inquisitione tua cùm ita repon-  
diſsem, falſum mihi, & ab Catholica fidei norma alienum  
videti: occurrifli mihi ſtati, & unum excepti,  
quod ab illis jaſtari vulgo ſoleat: qualemque tandem  
illud eſt, Auguſtinianum eſt, nec eſe veriſimile, do-  
ctorum tantum hereticum fuſſe. Illud unum verò, ad  
illius purgandam invidiam fatiſ eſe debere, quod pro  
certo traditum eſt ab Auguſtino: nec enim non Catho-  
licum judicari oportere, quod abque dubio conſider auctore  
ab illo proditum fuſſe. Hic verò, cùm ſepofita  
ilius anſoritare, quari de illo, rogante, plauſet,  
negatimque ab Auguſtino, tali aliiquid mandatum eſe  
literis, & ut periculum rei iſtius inter nos fieret, etiam  
atque etiam postularem, & quem præcipuum habent  
Janſenii ante ruinam erat tale, ut inſuſus adjutorii, per-  
inde atque voluntatis in opus, ab ipſo libero voluntatis uſu  
pendere, adeoque ſalva maneat illa libertatis in utramque  
partem flexibilis indifference. Nunc verò poſt ruinam tale  
eſt, ut faciat annue & inſuſe ſelle voluntatem. Quod  
diſcriben illud ſtatuit: quod prius adjutorium (verba ſunt  
Janſenii) ante ruinam erat tale, ut inſuſus adjutorii, per-  
inde atque voluntatis in opus, ab ipſo libero voluntatis uſu  
pendere, aliud quo fit determinat ut voluntas velit; eſt  
enim illius natura, ut hoc ipſo, quo voluntati datur, con-  
ſequit velit. Primi generis in exemplum afferit, lucem  
ſpectu oculorum, ſpeciem reſpectu intellectus; ſic enim ad-  
juvare, ut fine illis quidem non poſit opus feri, non tam  
men illi praefitū efficiatur ut fiat, ſed hoc à libere  
voluntatis nūi pendet, que buſuſmodi adjutorium & in uſum  
uſuſere, & negligere poſſet. Secundi generis adjutorium  
non eſt tale, ſed hoc ipſum quod ſuſpe efficacia facit inſuſe  
re facultatem, ne facultatis ipius libero arbitriuſ ſubja-  
cat, ſed invicti facit, ut hoc vel iſtud arbitrium arbitretur  
& velit. Talis eſt inſuſus omnis cauſa formalis. Hoc ipſo  
quippe, que adſeſt justitia, ſit iuſtus animus, & fine illa  
iſtus eſe numquam poſſet.

Hæ ſumma eſt Janſeniana ratiocinationis, quam ego  
falſam & ineptam, & homini indignam eruditio eſt  
contento: quod deinceps ita planum faciam; ut ſi quid  
in illis ingenui pudoris eſt, eo frontem illorum ac vul-  
tum oppelli neceſſe fit. Hoc igitur agamus.